

b) Ilfeldia

BRUDERHARTMANNSZELL Sta. Cunegundis

St. Kunigundis, Cella Stæ. Cunegundis, Kunigundenzell, Hausen, Frauenhausen (vitetur confusio cum parthenone Hausen prope Kissingen, de quo infra) zu den Husen, Bruderhartmann.

In districtu Gerabronn, in territorio quondam civitatis imperialis Rothenburg ob der Tauber, Württemberg, Dioc. Würzburg, nunc Rottenburg.

Parthenon. Anno 1202 eremita quidam, nomine Hartmann, erexit sibi cellam in loco dicto Durzbrunn, quam deinceps appellavit Cellam Stæ. Kune-gundis. Sicuti in St. Elisabeth, non longe distante, sub auspiciis abbatis de Cella (Oberzell) mox et hic communitas eremitarum est orta, quæ probabiliter ordini nostro fuit adnexa. Siboto episcopus Havelbergensis, qui fuit ex ordine, anno 1214 consecravit capellam huius monasterioli, quod videtur desissé ante annum 1290. Anno 1290 Abbas Cellensis ibidem posuit tres virgines ea conditione, ut parthenonem ad formam vicini Schäfersheim ibi erigerent. Equites de Bebenburg dotaverunt novum asceterium, quod numquam factum est dives vel spectabile. Nomen eius tunc iterum mutatum est in „Hausen“, sive „Frauenhausen“, quod vero cedere debuit vulgariori denominationi „Bruderhartmannszell“. Lairuelz et Catalogus Ninivensis ambo adducunt apud hanc circariam duo monasteria „Hausen“- – quorum sub uno hoc nostrum cœnobium intelligi debet. Fuit sub paternitate Cellæ Superioris, sed non habuit præpositos nec priores. Anno 1525 a rusticis est deva-



## Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

statum, magistra cum tribus suis caducis sororibus aufugit in Rothenburg. Anno 1534 ultima earum monasterium suum legavit hospitali Rothenburgensi, quod possedit bona et aedificia eius usque ad annum 1820. Omnia aedificia solo sunt aequata, hodie loco eius est praedium dictum „Klosterhof“.

Archivalia: StA Stuttgart H 28; 6 dipl. 1357/1406 – StA München 3 dipl. 1338/69 – (cf. CONTZEN 28).

Bibliographia: Fontes Ordinis nesciunt. HUGO I 801 citat quoque „Zu Brouder Hartmann“, sed confundit hunc parthenonem cum Hausen prope Kissingen. – BACKMUND, Neuere Forschungen 67/68 – GROTE 64, 276 – WELLER 284 – G. BOSSERT, Kloster Br. bei Gerabronn (WJbStL 1887, S. 144/54 et 214/18) – P. SCHATTENMANN, Die Einführung der Reformation in der ehemal. Reichsstadt Rothenburg o.d.T., Gunzenhausen 1928, pp. 26 ff., 69, 85 ff., 129 – A. SELIG, Die Einsiedeleien in Württemberg und Hohenzollern (ZWLX XVII 1958, 294) – ZBKG IX, 1934, 1/17; 65/69, X (1935) 147.

### Magistrae (HStA München)

Anna v. Wytstat 1390

Margareth v. Wisenbach 1406

### EPPENBERG St. Joannis Baptistæ

Epeinberc, Johannesberg, Mons Sti. Joannis, Mattenberg (post 1438: Heiligenberg). Prope Gensungen, Kr. Melsungen (Hessen-Kassel), Dioc. Mainz, nunc Fulda.

Parthenon, praepositura, fundata ante annum 1219 ab Arnaldo Praeposito de Kassel-Ahnaberg, cuius filia fuit. Forsitan fuit initio O.S.A., sed certe brevi post (ante annum 1223) ordini Præm. se adiunxit. Eppenberg, quod mater fuit asceterii Hombergensis, fuit sub paternitate abbatum Ilfeldensium, dein Cappellensium (Spieskappel). Inter annos 1270–90 Joannes abbas Ilfeldensis monet praepositum Fritzlariensem, ne in posterum asceterium Eppenbergense molestaret, „cum ecclesiola et pauper conventus sororum in Eppenberg ratione filiacionis ex approbata ordinis nostri consuetudine nobis subesse debeat . . . ne pusillus domini grex iam dudum propter rerum penuriam dispersus, sed nunc per nostram providenciam ac aliqualem subvencionem coadunatus novis denuo vexacionibus adtritibus evagari compellatur“. Anno 1438 propter collapsum totalem iussu Eugenii IV Papæ dissolutum est, et dein a Lantgravio Hassiæ Carthusiensibus ex Erfurt datum. Floruit tamquam carthusia usque ad annum 1527, quo fuit suppressum. Superest pars aedificiorum.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Archivalia: StA Marburg: perpauca de tempore O. Praem. admixta praesertim archivis asceterii de Ahnaberg (cf. SCHULTZE).

Bibliographia: DERSCH Hess. Klb. 1:22, 2:19 – DHGE XV 643 – DIEMAR 294, 298 – DOBENECKER II cf. ind. – GROTE 136 – HHSD IV 100 – HUGO I 651 – KÖHLER If. Reg. Nr. 146 – RAM Vogt-Vigener cf. ind. – REIMER 124 – ROMMEL I/III cf. indd. – ZAK PAM – G. HEIMERICH, Stift und Kartause zu Eppenberg (Quellen v. Abhandl. zur Gesch. der Abtei u. Diöz. Fulda XXIII, F. 1979, Diss. Marburg) – R. HEUSSNER Chronik des Ortes Gensungen, Kassel 1911, 33 ff. – N. LANDAU, Der Heiligenberg (ZHG VIII, 1860, 77 ff.) – NEUBER in: Mittlgn. d. Oberhess. Gesch. Ver. 1899 21 f. – J. SCHULTZE, Klöster, Stifte und Hospitäler der Stadt Kassel, Regesten und Urkunden, Marburg 1913, Nr. 5, 7, 11, 12, 16, 18, 20. –

## Series praepositorum (HEIMERICH)

Arnoldus 1219/35	Guntherus 1283
simul praep. in Ahnaberg	Borchardus 1298
Volpertus 1244/46	Heinrich 1348/59
Arnoldus 1250	Dietrich 1362
Geroldus 1252	Godefreyt 1422
Arnoldus 1266/72	

## Magistrae (ibid.)

Adelheid 1283	Adelheid v. Fenne 1357/62
Ermingardis 1348	Jutte 1422

## FRAUENBREITUNGEN B.M.V.

Königsbreitungen, Reigis-, Regis Bredingen, -Briedinge, -Bredungen. Vite-  
tur confusio cum vicina abbatia OSB huius nominis, etiam Herrenbreitun-  
gen nuncupata.

Inter Salzungen et Schmalkalden, da flumen Werra, in comitatu Henne-  
bergensi, dein Sachsen-Meiningen, nunc Thüringen (DDR). Dioec. Würz-  
burg, aliquando etiam adnumeratur Moguntinae. Nunc Fulda.

Parthenon, praepositura. Initio monasterium duplex, fundatum anno  
1137 ab Henrico de Breitungen parocho, et Dietrico quodam laico, tam-  
quam Hospitale. Anno 1148 construitur ecclesia. Anno 1150 iam verbum fit  
de „fratribus et sororibus, qui secundum regulam Sti. Augustini vivunt“.  
Probabiliter iam ab initio erant Praemonstratenses sub tutela abbatis de  
Vessra. Anno 1153 confirmatio archiepiscopi Moguntini (!) sorores addicit  
hospitali, dum fratres transferat ad vicinam ecclesiam parochialem. Anno

1165 confirmatio imperialis pro monasterio duplici, anno 1183 papalis pro coenobio fratrum tantum. Tamen probabiliter tunc adhuc coenobium erat duplex. Catalogi ordinis eum facit filiam Praemonstrati, in praxi vero semper stetit sub paternitate abbatis de Vessra. Saeculo XIII moniales tantum. Advocati erant domini de Falkenstein, ab anno 1294 comites de Henneberg, toparchae loci. Anno 1514 transiit ad regulam Sti. Benedicti, secundum reformam Bursfeldensem, machinantibus probabiliter vicinis monachis de Herrenbreitungen. Anno 1525 a rusticis est devastatum, anno 1548 a comite de Henneberg suppressum et versum in praedium, ex quo anno 1629 redditus annui 3783 florenorum emanarunt, quae ab an. 1554 parochiae lutherae sunt addictae, cui et ecclesia inservit. Superest turris ecclesiae, cetera aedificia sunt recentiora.

Archivalia: StA Würzburg: Urkundenrepertorium IV 330 – LArch Meiningen: 113 dipl. 1148/1623, 7 fasc. acta 1455/1544 – LArch Weimar: 1 dipl. 1195, 1 vol. copiae diplomatum 1137/1482, 1 fasc. acta 1481 – StA Magdeburg: aliqua diplomata (Henneberg) – StA Marburg: Kopiar 189 (Herrenbreitungen).

Bibliographia: I 121 f. – DERSCH Hess. Klb. 1:29, 2:28/29 – IDEM, Neuere Veröff. 75 – DHGE X 505/06, XVIII 1114 – DOBENECKER I, II – GROTE 156 – HERRMANN I 109 ff., 303 – HUGO I 691 – LEHFELDT/VOSS Amtsbez. Salzung, Heft 35, (1910) 53/63 – MEISENZAHN 14, 29, 45 – ROMMEL I, II – SCHÖTTGEN/KREYSIG III 525 ff. – SPANGENBERG I 542, II 349/62 – STUMPF/BRENTANO II 4041 – USSERMANN Wirc. 491 – WAEFELGHEM 91 – WEINRICH 119/127 – ZAK PAM – G. BRÜCKNER, Landeskunde des Hzms. Sachsen-Meiningen (1853) I 30 ff. – H. BÜTTNER, Die älteste Geschichte der Abtei Breitungen an der Werra, MÖIG XLVII 1933, 385/413 – N. GEISTHIRT, in: ZschVer. f. Henneberg. Gesch. Suppl. 1/6 – R. HERMANN in ZVThG VIII 1871, 23 – O. POSSE/H. ERMISCH, Codex Dipl. Saxoniae Regiae I 2, Leipzig 1889, cf. ind. – SCHÖPPACH/BRÜCKNER, Hennebergisches Urkundenbuch, Meiningen 1847/77, Bd. I–VII cf. indd. – N. SCHULTES, Diplom. Gesch. II 299 ff. – M. STIMMING, Mainzer Urkundenbuch I (Darmstadt 1932) cf. ind. – W. ÜHLING, Alten-Frauen- und Herrenbreitungen in Wort und Bild 933–1933 (Breitunger Heimatbuch) Schmalkalden 1933 – A. VILMAR, Entstehung und erste Entwicklung des Klosters Herrenbreitungen (ZschVer Henneberg. Gesch. X 1891, 12 ff., cf. XI 1892 cf. ind. –

## Series praepositorum et magistrarum (Schöttgen-Kreysig)

### 1. Praepositi

Heinrich 1165/67	Berthold 1300
Udalricus 1209 quondam praep.	Reinhold 1321/22
Konrad v. Grumbach 1214	Petrus 1351 <sup>1</sup>
Heinrich 1263	Johannes 1381

<sup>1</sup> N. BACKMUND, Die Originalurkunden des Prämonstratenserklosters Tüchelhausen (Würzb. DGBll 1966, Nr. 12).

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Johannes v. Catza 1400/06  
Franciscus Bergkoch 1482

Johannes Egyd 1516

## 2. Abbatissae (sic!)

Gutta 1322  
Else v. Memelsdorff 1373  
Kunigund 1381  
Jutta 1406

Catharina Schilling 1422/39  
Catharina Krechin 1508  
Catharina Trobertin 1516  
Agnes 1522

## FRAUENWALD St. Nicolaus

Sti. Nicolai in Nemore, Silva Dominarum, zu den Frawen vf dem Doringen Wald.

„Am Rennsteig“ in medio inter Ilmenau et Schleusingen, Thuringia, Dioc. Würzburg, nunc Fulda.

Parthenon, Praepositura. Capella Sti. Nicolai in nemore, a Poppone Comite de Henneberg fundata, anno 1218 primum occurrit. Anno 1323 ei iam adiunctum erat „collegium“ monialium Ord. Præm, quæ abbati de Vessra, vel secundum alios, de Oberzell erant subditæ. Annexa ei etiam fuit cella eremitæ cum xenodochio. Initio sæculi XV adhuc existebat parthenon, desiit tamen ante seculum XVI. Anno 1726, secundum Hugo, videbantur adhuc rudera, nunc vero nil amplius superest.

Arch.: Landesarch. Meiningen: 5 dipl. 1388/1502. Vide etiam apud Veßra.

Bibliographia: DHGE XVIII 1124 – GROTE 157 – HERRMANN 24 – HUGO II 819 – MEISENZAHL 14.45 – RULAND, sub Vessra – SPANGENBERG I 104 – WAEFELGHEM 92 – ZAK PAM – Bau- und Kunstdenkmäler der Provinz Sachsen, Heft 22 (Kreise Ziegenrück und Schleusingen) Halle 1901, S. 143 ff. – W. HOEHN, Geistliche Niederlassungen in und um Frauenwald (Schriften des Hennebergischen Geschichtsvereins 1912 Nr. 5, S. 66/82) – A. STARA, Eine Urkunde für das Kloster F. 1323 (Anal. Praem. VIII 1931, S. 353/55.

## GEORGENBERG St. Georgius

Mons Sti. Georgii, -Georii, -prope Rota, -Rotaha, Sandt Jörgenberg. Prope Rodach in ducatu Coburgensi, nunc Bavaria. Dioec. Würzburg, nunc Bamberg.

Agnes, vidua comitis Palatini Friderici de Bottendorf, donavit ante an-

num 1135, una cum sorore sua Alheidi de Horburg, bona sua „apud Rotaha montem“ cum 60 iugis ecclesiae Bambergensi. Cuius episcopus Otto fundavit ibi praeposituram monachorum OSB. Quae cum fundatio von succederet, dedit eam cum pertinentiis abbatiae Vesserensi anno 1135. Anno 1149 Wigbertus episcopus Brandenburgensis, qui fuit O. Praem, consecravit ibi capellam. Anno 1248 occurrit quidam „frater Bertholdus de Monte Sti. Georgii“. Supponi liceret, ibi nil aliud fuisse nisi simplex „curia“, in qua unus alterve canonicus ex Vessra, et aliqui conversi fuerunt expositi. Sed catalogo Scheftlariensi (ca. 1270) qui quoad hanc circariam est omnino securus ac fide dignus, insertus est „Mons Sti. Georgii“ ut monasterium proprie dictum, quod nihil aliud esse potest nisi nostra praepositura. Ex quo liquet ibi saltem ad tempus extitisse domus formata, immo domus sui juris.<sup>1</sup> Quod est probabile iam ex facto quod fundatio primitiva Ottonis episcopi pro monachis nigris certe fuerat intenta ut domus sui juris, et quod Otto idem speraverat a Praemonstratensibus de Vessra. A saeculo XIV vero videtur unus tantum canonicus Vesserensis commorasse in hoc monte tamquam „provisor capellae“, qui tamen habuit titulum praepositi. Anno 1533 abbatia Vesserensis vendidit bonum comiti de Henneberg. Nunc fundamenta sola supersunt.

Archivalia: LHArch Magdeburg 4 dipl. 1415/82, 1 registrum s. XVI – StA Bamberg Rep. B. 67/XIII, Nr. 1501: charta venditionis Comiti de Henneberg 1533/38 – Aliquae chartae sunt in StA Coburg. Ceteroquin vide elenchum archivarium abbatiae Vesserensis infra.

Bibliographia: BACKMUND Chorch. 168/69 – IDEM, Neuere Forschungen 79/80 – BRACKMANN GP II 3, 226 – DHGE XIX – Germ. Sacra Bamberg, edd. E. v. GUTTENBERG) 135 – HAUCK IV 378, 595, 998/99 – LOOSHORN II 335 – MEISENZAHN 26/27, 44 – SPANGENBERG I 153 – USSERMANN Ep. Wirc. 496 –

### GERLACHSHEIM Stae. Crucis et B.M.V.

Gerlages-, Gerlais-, Gerligs-, Gerlochs-, Gerlos-, Gerletz-, Gerlahis-, Kleingerlachsheim, Gerlassein, Gollasem, Guerlacein.

Prope Tauberbischofsheim, Baden. Dioc. Würzburg, nunc Freiburg.

Parthenon, praepositura. Condita est an. 1197 in loco dicto Lützelluden

<sup>1</sup> Secundum Jus Canonicum, domus „sui juris“ est quoad omnia independens. Domus formata vero est coenobium dependens ab alio maiori, cui tamen adscripti sunt tot religiosi, ut vita regularis et praesertim officium chori peragi posset. Cf. CJC 488 nr. 5

ad ripam dextram fluminis Tauber. An. 1209 confirmatur ab Ottone Episcopo Herbipolensi. Cellae Superiori ab initio erat subditum. Mox translatum est in locum hodiernum non longe distantem. Annis 1254 et 1259 confirmatio papalis, an. 1343 imperialis. Asceterium erat nobile. Anno 1525 a rusticis subversum est. Decenniis sequentibus magistrae titulum abbatissae sibi arrogaverunt. Dum anno 1562 a duabus tantum monialibus habitatum fuerit, anno sequenti episcopus Wirceburgensis, in cuius territorio saeculari erat situm, monasterium suppressit et mensae suae (Hofkammer) univit. Anno 1717 post diuturnum processum ordini restitutum est coenobium, ea sub conditione, ut non redintegretur asceterium, sed erigatur loco eius prioratus virorum. Unicus casus fuit in historia ordinis, quo episcopus bona ordinis per nefas arrepta coactus fuit ad restitutionem. Annis 1721/26 erecta sunt ampla et perpulchra nova aedificia per architectum ex ordine, nempe P. Sebaldu Appelman ex Oberzell. Anno 1803 iterum suppressum et principi de Salm-Krautheim traditum est, qui omnia anno 1838 gubernio Badensi vendidit. Ecclesia exinde est parochialis, in monasterio annis 1838–75 fuit sedes gubernii districtus (Bezirksamt), dein vero usque hodie nosocomium surdomutorum.

Archivalia: GLArch Karlsruhe: Copia an. 1760 libri copialis antiquioris 1187/1548 (Abt. 67) – StA Würzburg Nr. 522: Diplomatarium ca. 1650 (Rep. WP 128/34, f. 71/74: acta 1524/1802, 24 dipl. 1372/1742, quorum aliqua s. XVI inter archivalia Cellensia – Bestand Histor. Verein Unterfranken ibid. Mchf 506: Beschreibung der Güter zu Leugertheim, welche dem Kloster zinsbar sind 1652; Mchf 507: Gerichtsbuch des Klosters 1589–1659; MchF 379: Rechnung 1717 – BB. Bolland. Bruxellis: Mus. Boll. 31 pp. 62/97 – Ea quae fuerant in Mannheim, anno 1944 combusta sunt.

Bibliographia: CONTZEN 21, 24, 28 – DHGE XIX – GOOVAERTS I 247, 355, 536, 639, II 72 – GROPP II 40, 52, 177 – GROTE 173 – GUDENUS III 737 – HHD VI 208 – HEIZMANN KKF 125/26 – HUGO I 727 – KRAUS/WURM/WAGNER Kunstdenkm. d. Ghzms. Baden Amtsbez, Tauberbischofsheim, Freiburg 1898, S. 24/28 – KRIEGER I 702/05 – LThK IV 430 – PAAS Vis. Ber. – ReclKF II 173/74 – SCHMID Säk. Baden – SCHOEPEF 248 – USSERMANN Ep. Wirceb. 397/98 – WAEFELGHEM 96, 376 – WELLER HUB I/III – ZAK PAM – Acta in Sachen Fürstlich Würzburgischen Anwaldts und des Prämonstratenserordens gegen die samptlichen Herrn Graven von Hohenlohe, Gerlachsheim und Schäfersheim betreffend (s. l. 1630) 402pp – H. BAUER, Das Kloster G. im Taubertal (Zschr. f. das Wirtemberg. Franken 1859, 68) – H. HOFFMANN, Visitationen der Pfarreien . . . sowie des Klosters G. (WDGBll. 35/36, 1975, 169/75) – E. KERN, Die Pfarrkirche in G.o.O. 1925 – KOLB, Lexikon von Baden, Karlsruhe 1816, I 374 – N. MONE, Urkunden über den Taubergrund vom 13–15. Jahrh. (ZGORh AF 18, 303/23, 489/90) – B. STENGELE in: DArchf, Schw XIII 1895, 177/81 – A. S. STUMPF, Denkwürdigkeiten der deutschen Geschichte, Würzburg 1804, Heft III S. 59/77.

<sup>1</sup> WELLER HUB I.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## Series antistitum (Ussermann)

### Magistrae:

Gutta 1260	Walburgis (Williburg) de Wertheim 1319/21
Adelheidis 1278	Adelheid II de Wertheim 1364/66
Adelheidis de Wertheim 1296	Elisabeth 1490
Agnes de Würzburg 1310	Ursula 1508/31
Adelheid de Usickheim 1312	Margareta de Zirchendorf †1557
Wiltrudis 1318	

## GERMERODE B.M.V. et Sta. Walburga

Germe-, Garma-Guerme-, German-, Germen-, Germarode, -roth, -rod, -rade, Gyrmnroide.

Prope Fürstenstein, Kreis Eschwege, Hessen-Kassel, Dioc. Mainz, nunc Fulda.

Parthenon, praepositura. Fundatum ut monasterium duplex ante annum 1144 a Rugero comite de Bilstein. Filia de Spieskappel. Circa annum 1243 habuit moniales tantum. Saeculo XIV floruit asceterium, locuples et nobile. Sed saeculo sequenti collapsum est. Annis 1496 et 1503 abbas Steinfeldensis frustra reformationem eius tentavit. Anno 1527 suppressum est, exinde est praedium gubernii (Landesdomäne). Pulchra ecclesia romanica annis 1145–65 est constructa, nunc parochialis protestantium. Pars monasterii subsistit ut ruina.

Monasterium filiale, situm in Welsbach (Kr. Langensalza), de quo loquitur Thalmann, fuit probabiliter curia tantum.

Archivalia: StA Marburg: ca. 580 dipl. 1086/1576, de quibus 566 regesta apud HUYSKENS. 3 Fasc. acta saec. XVI (22a, 2 et 11), 25 tomi Zinsregister, Bauregister und Kopiare.

Bibliographia: DEHN ROTFELSER u. LOTZ, Baudenkmale 78 ff. – DERSCH Hess. Klb. 1:54, 2:60 – DHGE XIX – DOBENECKER III – GROTE 174 – GUDENUS IV 921/28 – HHD IV 158 – HUGO I 787 – HUYSKENS 339/572, 723/28, 775/77 – Jb der Denkmalpflege im Regbez. Kassel, Marburg 1920, I 52 – KAHL 980 – KÖHLER IfReg nr. 576 – KUCHENBECKER IX 148 – KFRecl IV 251/52 – MGH Ep. Sel. III 363 – RAM Böhmer/Will, Vogt u. Vigener cf. indd. – REIMER 165 – ROMMEL I/III – WAEFELGHEM 104, 377 – WOLFF cf. ind. – ZAK PAM – K. BRUCHMANN, Der Kreis Eschwege, Marburg 1931, 44 ff. – G. FREYMAN, Die Klosterkirche St. Maria in G., G. 1977. Iam anno ante impressum ut „Festschrift 900 Jahre Meißner-Abterode“ – D. GROSSMANN, Die Klosterkirche von G. (Das Werraland VI 1954, 39) – N. HAPPEL, Die romanischen Bauwerke in Niederhessen, Cassel 1906, 92 – W. KRUMEL, Die hessischen Ämter Melungen, . . . und Felsberg (Schriften des Instituts f. geschichtl. Landeskunde von Hes-



# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

sen und Nassau, 1941 S. 27ff.) – J. SCHMINCKE, Urkundenbuch des Klosters G. (ZVHGL Suppl. I, 1866, pp. 1/120) – IDEM, Geschichte des Klosters G. ibidem VII 1858, 1/20 – SCHOEPFACH/BRÜCKNER, Hennebergisches Urkundenbuch Meiningen 1847/77 Bd. I–VII passim, V 54 ff. – W. THALMANN, Die Klosterkirche in G. (Die Denkmalpflege XI 1909, S. 120/23).

## Series antistitum (Huyskens)

### 1. Praepositi

Everhardus 1186	Johannes Nuwenstat 1° 1417/33
Ludovicus 1195	Hermann Geilfuß 1441/42
Egbertus 1213/27	Johannes Nuwenstat 2° 1447/63
G . . . . . ante 1243	Heinrich in Hobe 1473/74
Wernherus ca. 1243	Thilemann Melsungen 1479/93
Johannes 1253/73	Appel Hubener 1495
Henricus 1300	Johannes Rotificis 1° 1500
Heymeradus v. Boyneburg 1315/44	Johannes Fyßbach 1501
Conrad v. Retzstatt 1344/60	Johannes Rotificis 2° 1502/08
Dietrich 1363	Jacobus Welder 1511/13
Heinrich Kolbe 1363/67	Heinrich Sweinsburg 1516
Johannes 1368/70	Johannes Wolff 1520
Dietrich 1376/87	Christianus de Gleymenhain 1521/22
Johannes v. Beisheim 1391	Johannes Wulff 1524
Burghardus 1394 <sup>1</sup>	Christianus de Gleymenhain 1526
Johannes Rotzmul 1413/15 postea abb. in Spieskappel	

### 2. Priorissae (numquam magistrae!)

Gertrudis de Erfa ca. 1253	Jutta v. Weberstedt 1391
Hedewidis 1255	Alheid v. Martirshusen 1405
Luchardis 1271/73	Katharina v. Netra I 1416
Jutta v. Hundelshausen 1300	Katharina de Aldenburg 1421/33
Kristina 1315/25	Trutel Fleming 1435
Jutta 1329	Jutta Trott 1448/63
Hedwig de Reichenbach 1334/54	Gela Iring 1483
Guta 1357/58	Katharina Netra II 1494/96
Gele v. Besse 1365	Elisabeth v. Mornhabe 1496/1503
Alheyd v. Stochusen 1367	Gela de Druffa 1504
Reimgard 1370	Appollonia de Flatten 1507/19
Jutta v. Boyneburg 1376/87res.	Maria de Monschau 1520
Gele 1382	Mechtild Keudel 1521/27

<sup>1</sup> Fuit iste episcopus de Groenlandia et simul „tutor, Vormund“ asceterii.

## HAUSEN Sta. Crux

Huse, House, Husen. Vitetur confusio cum asceterio Bruderhartmannszell, de quo supra, et quod eodem nomine vocabatur.

Prope Kissingen, in Franconia Inferiori, Bavaria. Dioec. Würzburg.

Asceterium et praepositura, quae orta esse videtur ex quadam dissensione in familia comitum de Henneberg. Bertholdus de Henneberg circa annum 1155, asserente Gebhardo episcopo Wirceburgensi fratre suo, fundaverat curiam in Haard, quam dedit abbatae de Vessra. Eodem tempore Henricus quidam, eiusdem familiae, in vicinitate immediata fundavit parthenonem ordinis in Hausen. Pertinuisse videtur Henricus ille ad quendam ramum lateralem familiae, locum ubi fundavit asceterium acquisiverat ad hoc ab episcopo Bambergensi. Successor episcopi Gebhardi in charta foundationis parthenonis anno 1161 expresse iura sua in eum inculcat, et eum non Vessrae, sed abbatae Cellensi subdit, unde etiam venerant primae sorores. Provocatio erat haec pro abbate Vessrensi. Qui vero mox praevaluit. Hausen certe iam saeculo XIV ineunte sub paternitate illius stetit. In vicina curia Haard semper aliqui canonici eius residerunt, qui a sororibus fuerunt vocati „fratres nostri“.

Asceterium praecipue erat nobile. Anno 1399 prima vice occurrit priorissa magistrae subdita, quae anno 1467 sibi arrogat – per nefas quidem – titulum abbatisae. Anno 1525 monasterium devastatur a rusticis, sorores aufugerunt in Cellam Inferiorem. Abbas Cellae vero reconstruxit asceterium et moniales eo reduxit – quae nihilominus inter annos 1553 et 56 sunt exstinctae. In seditione Grumbacensi anno 1565 iterum devastatur. Anno 1581 episcopus Julius Echter monasterium emortuum cum bonis incorporatur universitati Herbipolensi, sub cuius administratione usque ad annum 1821 mansit. Aedes factae sunt hospitale, saeculo XVII eis substituuntur novae, ita ut nihil supersit de monasterio nisi murus hortum cingens. Ecclesia anno 1941 fit parochialis.

Archivalia: HStA München, Best. Hochst. Würzburg: Urkk. Nr. 4341/4350 (1 Fasc. 1250–1400) – StA Würzburg: 7 chartae ante an. 1400, 18 postea. Repert. I–III, V–VII, Rep. 128/134 fol. 74/75. (1573/88). 2 Urk. 1395 (copia) et 1573. Multa materia adest de tempore post suppressionem, ita Sal-, Zins und Lehenbuch 1563. – Landesarchiv Meiningen: 5 chartae 1370–1585, quorum duae referunt ad aliud Hausen. – Pfarrarchiv Oberstreu: Zehentverzeichnis 1510, Salbuch 1665.

Literatura: AMRHEIN 835 – BACKMUND Chorh 169/70 – Bavaria IV 1, 499 – CONTZEN 14, 21, 31 – GROPP I 13, 61, 77, 85, 425, III 171 – HUGO I 801 – KDB X Bez. A. Kissingen 113/117 – LINK II 583 – MEISENZAHL 16,45 – Mon. Ep. Wirc. Reg. 206 – POTTHAST 25601 – Realschem. der Diöz. Würzburg (W. 1897) 279 – RegBoica Regb. 154 – RegImp VIII cf. ind – RULAND – SCHRÖTTER Nr. 224 – USSERMANN Ep. Wirc.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

492 – WAEFELGHEM 109, 377 – WEINRICH 110/12 – ZAK PAM – W. MAHR/H. SCHIES-  
SER, Geschichte des Klosters H. an der fränkischen Saale, (Mainfränk. Jahrbuch für  
Gesch. und Kunst AHVUA LXXXV 1962, 101/53).

## Praepositi (Schießer)

Heinrich 1237	Nikolaus Scholl 1445/71
Fridrich 1272/96	Kaspar Rorich 1510/18
Konrad 1327	Michael Hemelmann 1525/37
Johann 1373	Simon Hemel 1544/53
Friedrich Truchseß 1380/95	

## Magistrae (ibid.)

Lukardis (Lucke) v. Bibra 1356/71	Anna v. d. Kere 1460
Else v. Lulsfeld 1380	Anna Zollner 1464/65
Margret v. Bibra 1395/99	

## Priorissae (ibid.)

Katharina Dienstmann 1399	Leukhardis v. Habern 1518/37
Anna Haberkorn 1413	Otilie Forstmeister 1553
Anna Beier 1464/65	

## HOMBERG St. Georgius

Hoen-, Hohen-, Hoinberg, St. Georgen vor Homberg.

Ad flumen Efze, prope Fritzlar, Hessen Kassel, Dioc. Mainz, nunc Fulda.

Parthenon, fundatus ante annum 1269 a familia de Holzadel. Primæ moniales venerunt de Eppenberg. Probabiliter fuit sub paternitate abbatis Capellæ (Spieskappel). Anno 1322 adhuc Ord. Præm., sæculo sequenti iam fuit O.S.A. Anno 1498 a canoniis Boedeken et Dalheim, Congregationis Windesheimensis, reformatus est. Anno 1527 suppressus.

Bona addicta sunt Universitati Marburgensi.

Archivalia: StA Marburg 165 dipl. 1269/1534.

Bibliographia: Deest apud Hugo et in ceteris fontibus ordinis, praeter catalogum Scheftlariensem, cui insertum est sub voce „Sanctus Georius“. – DERSCH Hess. Klb. 1: 72/73,2: 86 – GROTE 171 – GROTEFEND 396, 443 – HHD IV 222 – RAM Vogt u. Vigener I 292, 306 – REIMER 247 – ROMMEL I/III cf. indd. – WOLFF cf. ind. – ESTOR in „Marburgische Beiträge“ 2,257 ff. – B. HELBIG, Das Amt Homberg an der Efze, Marburg 1938 – W. KILLMER, Das Ende von St. Georg vor Homberg (Heimatkalender des Kreises Homberg, H. 1927) – W. SCHMITT, Kloster St. Georg b. Homberg (Kreisblatt für Fritzlar-Homberg LXXXVII 1952, nr. 290 u. 296. –

## ILFELD B.M.V.

Il-, Yveldia, Yl-, Ylde-, Il-, Hil-, Hylefelt, -velde, Eylueltt.

Municipium in montibus Harz situm, hodie DDR. Dio. Mainz, nunc Hildesheim.

Abbatia insignis, fundata ante annum 1190 ab Elgero comite de Hohnstein-Bilstein. Filia de Pöhlde. Initio praepositura Circariae Saxoniae, a qua anno 1246 se separavit, et abbatia simul ac „filia specialis Praemonstrati“ facta est. Aggregata est Circariae Vadegotiae. In secundo dimidio saeculi XIII, facta est caput propriae circariae, cui et nomen dedit. Ecclesias incorporatas habuit multas: Bellingen, Berga, Bellstedt, Besenrode, Bettlershain, Billingerode, Bärnrode, Elbra, Greußen St. Andreas, Haferungen, Hasselfelde, Kirchengel, Klinggreußen, Osterchaba, Schilfa, Schwenda, Westgreußen. Incorporatae simul et administratae: Appenrode, Berka, Girschrode, Greußen St. Martin, Greußen St. Gumpert, Hesserode, Holzengel, Ilfeld, Feldengel, Vockenrode, Wolleben, Königerode, Markgreußen, Sachswerfen, Sundhausen, Ufrungen.

Anno 1339 fuerunt ibi 40 canonici clerici, 1482: 24. Anno 1525 a rusticis subversa est. Anno 1544 adhuc duo canonici erant in conventu. Biennio post lutherana est facta, et in scholam mutata. Tamquam „Paedagogium Ilfeld“ usque ad nostra tempora cum omnibus bonis et pertinentiis substitit, retenta designatione monasterii (Kloster). Annis 1629–31 fuit restitutum, sed abbas B. Nihusius non pertinuit ad ordinem. Anno 1657 Capitulum Generale Ordinis titulum et mitram abbatum Ilfeldensium (quam numquam habuerant) concessit abbati Leffiensi (Circ. Floreffiae). Anno 1859 omnia aedificia, immo et ecclesia in Ilfeld solo sunt aequata, et nova eis substituta, ideo de antiqua abbatia nihil superest. Bona administrantur ab „Hannoversche Klosterkammer“. Gubernium hitlericum vertit Paedagogium in scholam dictam „Napola“ (Nationalpolitische Erziehungsanstalt), quae anno 1945 suppressa est absque restauratione in statum pristinum.

De fictitio parthenone Unterilfeld vide infra apud „Praetermissis“.

Archivalia: StA Hannover ca, 700 fasc. Litteralia saec. XV/XIX. Diplomata an. 1932 extradita sunt Archivo Magdeburgensi, ubi est etiam Kopialbuch III. Kopialbuch II (vide KÖHLER) quod continuuit chronicam Joh. Capitis, antea in Archivo Stolbergensi, periit. – BMun Nancy 992/IX 213/20 Epistolae abbatis Nihusii: StB München clm Coll. Cameriana 15, 179, 180

Bibliographia: Act. Imp. Sel. (BOEHMER) cf. ind. – BACKMUND MaGSch 142/45, 152 – BAERSCH 136/40 – BAUSA 452 – BOEHMER, Ram II nr. 290 – BUENGER 16, 129 – COTTINEAU 1441 – DEHIO V (2a ed.) – DOLISTA Cap. Sax 148 – GABRIEL 7, 8, 13 – GEORGISCH Reg. (an. 1297/1567) – GOOVAERTS I 99, 623, II 72, III 32, IV 216 – GROTE 255 – GUDENUS IV 819, 830 – HAUCK IV 978 – HOOGEWEG Niedersachsen

72/73 – HUGO I 931, prob. 723/27 – HUYSKENS Nr. 1309, 1323 – Lettr. com. Jean XXII 30311 – LThK V 368 – RAMACKERS Urk. Nancy 132 – RepGerm III 186, IV 2119 – RegImp V 5072, VIII, XI Cf. ind. – STUMPF BRENTANO II 4665 – WAEFFELGHEM 123, 378 – ZAK PAM 10 – IDEM EOP (1928) p. 179 – N. BOUTERWEK, Bericht Neanders über Kloster I., Nordhausen 1873 – E. G. FOERSTENMANN, Monumenta rerum Ilfeldensium, ex schedis suis collegit, et additis Leuckfeldianis . . . exhibuit, Nordhusae 1843 – Additamenta . . ., ibidem 1853 – P. FREYER, Verzeichnis der Handschriften der Klosterschule I. (Gymn. Progr. Nordhausen 1876) – J. G. HOCHÉ, Vollständ. Geschichte der Grafschaft Hohnstein, der Herrschaften Lohra und Klettenberg . . . und des Stiftes Ilfeld, Halle 1790 – E. JACOBS, Versuch der Prämonstratenser, I. wieder zu besetzen, in: ZHarzGA XXVI 1895, 191 ff. – H. KLEINSCHMIDT, Aus der Zeit von Reformation und Gegenreformation im Kloster I. (ZVNKG 29/30, S. 229/33) – C. KOEHLER, Ilfelder Regesten, Bremen 1932 – H. KÜHLEWEIN, Die Zinsheberolle des Klosters I. (ca. 1300) in: Festschrift der . . . ihr 350jähriges Bestehen feiernden Klosterschule I, Nordhausen 1896 – IDEM, Mitteilungen zur ältesten Geschichte der Klosterschule zu I. (Progr. d. Klosterschule I. 1886) – J. G. LEUCKFELD, Antiquitates Ilfeldenses, Quedlinburg 1709 – K. MEYER, Geschichte des Klosters I., Leipzig 1897 – N. MITTHOFF, Kunstdenkmale der Provinz Hannover, Hann. 1876, 111/16 – Joannis CAPITIS historia monasterii Ilfeldensis (ca. an. 1300), edd. MGH SS XXV, 587/89, FOERSTENMANN o. c. 1 sq; LEUCKFELD o. c. 37, et LUCAE, Des hl. Röm. Reiches uhralter Grafen-Saal (1702) p. 277 – Curriculum Vitae Fr. Augustini Gruber, canonici Ilfeldensis an. 1492, edd. BACKMUND o. c. et KÜHLEWEIN Mitteilungen – Nass. Annalen 1881, 128 ff. – ZHarz GA III 266/69, V. 504/05

## Series praesulum (Köhler)

### 1. Praepositi

Budeger 1190	Helmbert 1215/29
Berthold ante 1215	Wedekind 1231/43

### 2. Abbates (inter 1246 et 48)

Frommhold (Vramold) 1246–58	Friedrich v. Rusteberg 1396–1420
Gerold 1258–63	Heinrich v. d. Walde 1422–24
Johann v. Nordhausen 1263–1300	Tilo (Dietrich) Becker 1424–38
Dietrich v. Wilrode 1300–11	Wilhelm v. Olstest 1439–54
Berthold 1318/21	Berthold v. Rottleben 1454–56
Dietrich 1324/25 forsán idem ac supra	Heinrich Kolbe 1459–63
Ludwig 1335/42	Johann Natalene 1464–82
Alexander v. Wernrode 1352/65	Bernhard Schubuß (Schuffut) 1482–1500
Hermann v. Urbach 1366/73	Johann Schumann ca. 1500–1520
Friedrich v. Werningerode 1378/94	Christoph Karl 1520–21
Ludwig v. Ereshusen? 1392	Bernhard Mitzschefall 1523–44
Nisi hic est error, successor iam rexit an. 1394 loco Friderici praecedentis	Thomas Stange 1544–59
	Bertold Nihusius (Neuhauser) 1629–31

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## KASSEL

Mannen-, Amel-, Anberg, Kloster Ahnaberg SS. Salvatoris et Crucis, et B.M.V.

Ante portam (Wesertor) illius civitatis, Dioec. Mainz, nunc Fulda.

Monasterium duplex ordinis Sti. Augustini, fundatum a Hadewige comitissa Thuringiae ante annum 1148 tamquam „Hauskloster“ suae familiae. Circa annum 1220 transiit ad Ord. Praem. Sub paternitate abbatum de Spieskappel, mater de Eppenberg. Hoc saeculo iam videntur fuisse moniales tantum. Cum anno 1399 munus praepositorum esset abrogatum, iam iterum fuit OSA. Anno 1527 suppressum, ecclesia anno 1568 est profanata. Dein verum est in castra militum. Anno 1880 omnia solo sunt aequata.

Archivalia: StA Marburg ca. 600 dipl. 1152/1575 (quorum 592 regestata apud SCHULTZE), 2 fasc. acta saec. XVI – Stadtarch. Kassel: aliqua pauca doc.

Bibliographia: Deest apud HUGO et in ceteris fontibus Ordinis, praeter catalogum Nivensem II, qui adducit: „Cassele, filia Praemonstrati“ – DEHN ROTFELSER LOTZ 28 – DERSCH Hess. Klb. 1: 13/14, 2: 93 – IDEM, Neuere Veröffentl. 76 – DIEMAR 239, 243, 250, 373, 374 – DOBENECKER I/III cf. ind. – GROTEFEND 341, 397, 479 – JbDG Friedr. I 218 – RAM Vogt u. Vigener cv. ind. – ROMMEL I/III cf. ind. – STUMPF BRENTANO III 479, II 3685 – WENCK III – WOLFF Säkul. – WYSS I 1 – H. BRUNNER, Das klösterliche Kassel (Hess. Chronik 2, 1913, 263 ff.) – IDEM, Geschichte der Residenzstadt C. (C. 1913) pp. 9, 74, 108 – H. BUCK, Kassel und Ahnaberg. Studien zur Geschichte von Stadt und Kloster im Mittelalter, Diss. Frankfurt 1967 – HEIMERICH (vide Eppenberg) – A. HOLTMEYER Die Bau- und Kunstdenkmäler im Reg. Bez. Kassel, Bd. VI Kassel Stadt, Teil I (Kassel 1923) 132/42 – KNETSCH in: ZVHLG XL, 1907, pp. 282, 303 – F. PIDERIT Geschichte der Stadt Cassel (2a ed. Cassel 1882) 24, 35, 85, 296 – F. C. SCHMINCKE, Versuch einer genauen Beschreibung der Stadt Cassel, C-1767, pp. 343 ff. – J. SCHULTZE, Klosterarchive Kasseler Klöster circa 1913 (Hess. Jb. f. Landesgesch. 1954, Bd. IV) – IDEM, Klöster, Stifte u. Hospitäler der Stadt Kassel, Regesten u. Urkunden, Marburg 1913, pp. 664 ff. – R. WESENBERG, in: Jb der Denkmalpflege 3 (1938), 7 ff.

Praepositi (Huyskens, Klöster an der Werra, cf. ind. et Schultze, Klöster, Stifte . . .)

Arnoldus I. 1219/23 <sup>1</sup>	Albert 1299
Arnoldus II 1225/34	Siegfried 1305/15
Ludwig 1240/50	Hermann 1319/28
Meinward 1264	Siegfried 1329/31
Conrad 1275	Albert 1333/34

<sup>1</sup> Erat simul praepositus in Eppenberg (Heimerich 49).

## Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Dietmar 1334	Jakob Schotemann 1379/95
Hartung Sewis 1339/50	Konrad v. Münden 1398
Werner v. Alnhusen 1352/77	
Priorissae (ibid.)	
Gertrud v. Wolfershausen –1299	Adelheid 1342/45
Ludgardis 1299–	Czyse 1349/55
Adelheid 1306	Agnes 1357/77
Kunigund 1309/19	Else v. Rotenburg 1383
Jutta 1322/24	Hille 1392/95
Kunigund 1328/33	Anna v. Alnhusen 1398/99
Jutta v. Gudenberg 1339/41	

### KREUZFELD Patronus ignoratur

Crucefelt.

Sive Kreuztal. Gemeinde Schrozberg, Oberamt Gerabronn, Württemberg Dioec. Würzburg, nunc Rottenburg.

Parthenon. Nihil scimus de eo, praeter factum, quod anno 1253 post diurnas dissensiones vicino parthenoni de Schäfersheim fuit incorporatus. Non dicitur in instrumento incorporationis, ad quem ordinem pertinuerit. Censeo, hanc domum jure merito posse designari tamquam Praemonstratensem, et quidem sub tutela abbatum Cellensium. Secundum quosdam fuit Ord. Sti. Dominici, secundum alios, v. g. Weller, vero O. Praem. Fuit directus a magistra. Si ad alium ordinem pertinuisset, hoc probabiliter fuisset notatum in instrumento incorporationis. Anno 1253 magistra Kreuzfeldensis, una cum aliquibus sororibus, monasterium – vix autem ordinem – dereliquerunt, reliqua pars communitatis incorporata est conventui in Schäfersheim, cui et addicta sunt bona.

Archivalia: Hohenlohe Zentralarchiv Neuenstein, Abtlg. Gemeinschaftsarchiv, 24 b 5.

Bibliographia: Nesciunt indices et fontes ordinis – BACKMUND, Neuere Forschungen 67 – GROTE 284 – WELLER 278 – WUB V 41, Nr. 1277 – I. FISCHER, Die Ortsnamen des Kreises Crailsheim (Württembergisch Franken NF 22/23, 1. Teil (1947/48) S. 76 – K. ULSHÖFER, Kloster Schäfersheim, Diss. Tübingen, Mergentheim 1962, S. 58.

## LOCHGARTEN Patronus nescitur

Locarden, Lovkarthen, nunc Lotisgarde.

In parva insula est situm in medio stagni. Oberamt Mergentheim, in extremo aquilone Würtembergiae. Dioec. Würzburg, nunc Stuttgart-Rottenburg.

Monasterium de quo parum scitur. Fundatum est ante annum 1144 a Constantino et Giselberto subditis ecclesiae collegiatae B.M.V. de Lorch.<sup>1</sup> Embricho episcopus Wirceburgensis anno 1144 eo transtulit moniales O. Praem. e monasterio duplici Tüchelhausen<sup>2</sup>, a quo Lochgarten deinceps dependebat et cui census annuum solvere debuit. Una cum canonia matre collapsum est et asceterium. Anno 1324 parthenoni Schäfersheimensi est unitum, sorores eo translatae sunt. Schäfersheim vendidit Lochgarten anno 1528 comitibus de Hohenlohe, qui castrum sibi erexerunt. De monasterio nihil superest.

Archivalia: pauca quae supererant, anno 1945 combusta sunt in Würzburg. Fürstl. Hohenlohisches Arch. Neuenstein: aliqua documenta.

Bibliographia: Deest in omnibus fontibus ordinis – BACKMUND, Neuere Forschungen 71 – BUNDSCHUH III 99 – CONTZEN 21, 24, 39 – Diplomata Konrad III p. 202 Nr. 113 – GROTE 309 – HHD VI 408 – HAUCK IV 999 – JbDG Konrad III, 383; Friedr. I 394/95, 759 – STUMPF BRENTANO II 3479, 3729 – USSERMANN Wirceb. 495 – WELLER 277/78 – WUB II 32, 14, 54 – Beschreibung des Oberamts Mergentheim, Stuttgart 1880, 634 – MEHRING Würtemb. Geschichtsquellen 12,4 – B. STENGELE, Das Kloster Lochgarten (OArchf. Schw. XI 1894, 39) –.

## MICHELFIELD Patronus ignoratur, probabiliter Stus. Michael

Michelvelt, -veth, Vitetur confusio cum abbacia OSB huius nominis in Palatinatu (Oberpfalz), quae extitit usque ad annum 1803.

Inter Mainbernheim et Marktstef. Prope Kitzingen, Franconia Inferior. Dioec. Würzburg.

Haec domus nota est tantum ex Catalogo Scheftlariensi, qui eam adducit

<sup>1</sup> Juxta celebrem abbatiam OSB prope Ellwangen exstitit ecclesia collegiata usque ad an. 1490 (GROTE 311).

<sup>2</sup> Factum, quod illud monasterium, de quo vide infra, secundo nomine vocabatur „Mons Sti. Lamberti“, induxit varios auctores, quaerendi hunc montem in monasterio quodam OSB in Palatinatu.



tamquam unicus, et ex Annalibus abbatis Hugo, qui materiam suam habuit ex abbazia Cellensi. Affert duo diplomata, quorum originalia non iam existunt, anni 1261. Una papalis scilicet, et altera episcopalis. Ex quibus patet, Michelfeld fuisse circa annum 1260 parthenonem exiguum, viventem secundum regulam B. Augustini, et cui tunc permissum fuit se rite stabiliendi et aedes necessarias erigendi. Origo ex communitate quadam „praeregulari“ supponi licet.<sup>1</sup> Hugo ex hoc iam iure merito putat, hanc foundationem non esse factam pro ordine nostro, sed pro canonissis OSA. Patet insuper, asceterium in decursu decenniorum sequentium ex integro se subiecisse abbatae Cellensi, et simul ordini nostro. Probabiliter cohaesit aliquo modo cum canonica Tüchelhausen. Certum est, moniales Michelfeldenses anno 1305 fuisse Praemonstratenses. Hoc anno dereliquerunt monasterium suum, refugium invenientes in Tüchelhausen, ubi vixerunt una cum communitate canonicorum. Quod insinuat eas fuisse pauperes nimis, et disciplinam earum vix fuisse illibatam. Biennio post canonici translati sunt in Cellam Superiorem, moniales remanserunt in Tüchelhausen. Nescitur quid sit actum in posterum cum asceterio Michelfeld. Probabiliter facta est proprietates abbatae Cellensis, quae eam vendidit. Ne lapis quidem de ea superest.

Archivalia extant nulla, praeter copias diplomatum ut supra. Bibl. Publ. de Nancy 995 I p. 422. Notum est, archivum Cellense fere ex integro periisse.

Literatura: BACKMUND Chorh 104, 171 – CONTZEN 21, 24, 42 – HUGO II 281, Prob 181/83 – LINK II 584 – POTTHAST 18092 – REG BOICA REG. 252 – USSERMANN Ep. Wirceb. 493/94 – WAEFELGHEM 165. Archivalia ubera quae adducit, omnia referunt ad abbatiā OSB eiusdem nominis. – WELLER HUB I 240, 510.

### OBERZELL St. Michael

Cella, -Dei, -Domini, -Dominorum, -Superior. Zell, in der Zellen, Herrenzell.

Juxta Herbipolim versus aquilonem, Moeno adiacens. Dioc. Würzburg.

Redux de Urbe, ubi anno 1126 confirmationem papalem ordinis sui acceperat, Stus. Norbertus venit Herbipolim, in cuius ecclesia cathedrali durante sacro paschali curavit mulierem caecam. Quod miraculum fuit ansa, ut canonicus quidam nomine Joannes, et laicus quidam Henricus illi sequerentur, et nonnulli cives divites terras et locum darent prope civitatem ad fundandum ibi monasterium, et quidem juxta antiquam ecclesiam parochialem, curiam

<sup>1</sup> Forsitan ortum est ex „curia in Michelveth“, quam Tüchelhausen acquisiverat anno 1157 (1153? Ex dono Gebhardi episcopi Herbipolensis).

episcopalem adiacentem et quatuor alias curias. Fundatio proprie dicta vero effecta est anno demum 1128, Norberto denuo praesente. Anno 1130 ab episcopo, triennio post a Summo Pontifice confirmatur. Monasterium, quod erat duplex, versus annum 1150 iam facta est abbatia sub paternitate Praemonstrati, cuius filia reapse erat. Moniales translatae sunt circa annum 1200 in locum vicinum Unterzell, de quo infra. Exinde tantum distinguebatur inter Cellam Superiorem et Inferiorem. Praeter illum, et parthenones sequentes ei fuerunt subditi: Michelfeld, Sulz, Gerlachsheim, Bruderhartmannszell, Schäfersheim, Lochgarten, Forsitan etiam Kreuzfeld et Frauenwald. Unam filiam genuit: Allerheiligen, quae tamen postea sub paternitate Marchtalensis coenobii stetit. Canoniae filiales, etsi exiguae, pariter ex Cella sunt ortae in Tüchelhausen et St. Elisabeth. Parochiae sequentes Cellae fuerunt incorporatae et canonicis suis administratae: Sulz, Gerlachsheim, Mittelzell, Acholzhausen, Wolkshausen, Hettstadt, Gaukönigshofen, et expositurae Moos et Waldbüttelbrunn.

Primis saeculis conventus fuit praecipue nobilis. Anno 1525 a rusticis, anno 1631 a Suecis est devastata. Anno 1628 abbates infulantur. anno 1571 et 1640 aderant sex tantum canonici. 1785: 52, 1798: 57. Godefridus Bischof abbas (1648–88) fundavit collegium studiorum in curia sua Herbipolensi. Anno 1717 abbatia post diuturna litigia praevaluit in processu contra episcopum, et recuperavit asceterium Gerlachsheim, quod transformavit in prioratum pro 10 canonicis. Saeculis XVII–XVIII canonica, in qua eximie floruerunt studia et litterae, aliquos viros habuit hac in re eminentes: ita excelluerunt Joh. Zahn in physica, J. Cantler et A. Marold in historia, et in praedicatione B. Dumor et F. Herlet, quorum opera sunt impressa. Percelebris architectus Balth. Neumann ab an. 1747 construxit pulcherrimum novum monasterium. Valor bonorum canonicae tunc erat 600 000 florenorum. Anno 1803 supprimitur. Ecclesia romanica, choro et turribus an. 1838 orbata, profanatur. Sicut monasterium, deturpatur in fabricam machinarum. In miserrimo statu aedes recuperantur anno 1903 a congregatione quadam sororum (Dienerinnen der hl. Kindheit Jesu), cuius domus matrix est usque hodie. Ecclesia est redintegrata.

*2003 Schwestern weg !!*

Archivalia: Maior pars archivi periit. Vide hac de re NEUDEGGER in AZ NF XII 1905, 189. HStA München: 49 chartae 1128–1399 (Best. Hochst. Würzburg). StA Würzburg: 182 chartae 1402–1826. Altes Urkundenrep.: 1051; neue: I–VII, X, XI. Urkundenkopialbuch 1513 (702), 4 weitere 17. Jahrh. (703/06). Repert. Urk. 128/134 ff. 75/96 (74 nrn); Acholzhauser Pfarr Gilt u. Zinsbuch: 4 Hefte 1592/1651 (700); Zinsbuch 18. Jahrh. (701). Akten u. Rechnungen 1602/1813, Personalialia, Vermögen, Waldbesitz, Pfarreien, Aufhebung. Bestand des Histor. Vereins Würzburg: Sammelblatt f. 217 II: Geschichte der Abtei ibid. 217 I. Rechnungen 17. Jahrh. (f. + 155), item 1732/33: ibid. 277; Akten betr. des Laienbruders Michael Jones (373); Catalogus Defunctorum: MS 09 (desideratur), Testamentum secretum P. Altheim: 010;

Keller u. Weinrechnung des Klosterhofs zu Würzburg 1777: 955. Karten: Grundrisse des Klosters Ende des 18. Jahs. und 1803 (Würzburger Risse und Pläne I/40, I/64 und II 103) – Karmelitenkloster Würzburg: ein Band Gerichtsprotokolle 1648–1750. – Pfarrarch. Gaukönigshofen: Abschriften von Urkunden ab 1326 – Pfarrarch. Zell: versch. Akten 18./19. Jahrh. – Bibliothèque des Bollandistes, Bruxellis: Mus. Boll. 31 et 462 (copiae epistolarum 1710/45 et acta varia) – BMun Nancy 992/V 182/209, qui continent feliciter multa excerpta ex archivis perditis quae religiosi ca. an. 1717 abbatii Hugo transmiserant. Ibid. 995/I 60: fundatio Cellae Superioris 421/36 –

Bibliographia: AMRHEIN 855 – BACKMUND Chorh 175/77 – BÄRSCH (1856) 108/14 – Bavaria IV 567/68 – BRACKMANN GP II 3, 194/97 – BRUSCHIUS Cent. I 35 ff. – BUNDSCHUH IV 235 – BÜNGER 56, 185 – BURG 535 – CONTZEN 21, 24, 61 – COTTINEAU 2117 – DOBENECKER II 112, 119 – ENGEL UGStädte 302 – IDEM, UGVERW 302 – IDEM VatQu cf. ind. – FormPr nr. 233, 315 – GAMS Würzb. 181/86 – Germ. Sacra Würzb. (edd. A. WENDEHORST) 145, 160, 163, 167 f., 171, 194, 222 – GLASSCHRÖDER Origin. II 132 – GOOVAERTS I 61, 247, 303, 348, 355, 364, 376, 404, 480, 536, 567, 624; II 90, 113, 139, 146, 384, 421, III 74, IV 165, 219, 353 – GROPP I 99, 279, 301, II 171, 779, III 835, IV 879 – HHSD 525, 801 – HAUCK IV 998 – HUGO Ann. I 501, prob. 382/91 – JL 7609, 8441, 9662, 14367, 14629 – JbDGKonrad III 503 – KÖHLER Ilf. Reg. 311 et ind. – KDB III 3 (1911), 228/41 – KFRecl 899/901 – LAIRUELZ 404 – LEHMANN BROCKHAUS 999 – LEPAIGE II 458 – Lettr. com Jean XXII 21327, 21776, 22677, 25055, 27058, 27409, 29473 – LIENHARDT Eph. Hag. 237 – LINK II 216/68 – LÖFFLER (2) 84 – LThK VII 1080 – MonEp Wirz cf. reg. 4999 – MBRegb60 – MEISENZAHN cf. ind. – PAAS Beschl. cf. ind. – IDEM, Visit. 318 – POTTHAST 24511 – PRESSUTTI 2707 – RAMACKERS 131 – Reg. Ben. XII 3249, 9465/68, 9499 – RegBoica Regb 487 – ROTH NA 558 ff., ZAGV 242 ff. – RULAND cf. ind. – SPECHT cf. ind. – STUMPF BRENTANO II 3523, 4037, 4140 – USSERMANN EpWirz 386/93 – WAFFELGHEM 185, 379 – WELLER HUB cf. ind. – WICHMANN II 754 – WICHNER II 39 – ZAK PAM – J. CANTLER/A. MAROLD, Expositio de ortu et progressu Cellae Superioris, Wirceburgi 1749 – M. CRONTHAL, Die Stadt Würzburg im Bauernkrieg, edd. M. WIELAND, Würzb. 1887, pp. 20, 27, 29, 51, 80 – W. ENGEL, Urkundenregesten zur Gesch. der Stadt Würzburg 1201–1401 (Quellen u. Forschungen zur Gesch. des Bms. Würzburg VII 1952, cf. ind.) – L. FRIES, Die Geschichte des Bauernkriegs in Ostfranken, hsg. von A. SCHÄFFER und Th. HENNER, Würzb. 1883, I 183, 273, 378, II 220 – (L. GÜNTHER) Festschrift zum achthundertjährigen Jubiläum des Klosters O., Wzbg. 1928 – Th. HENNER, Portal und Klostergebäude der ehemal. Abtei O. (Altfränkische Bilder III 1897. Vgl. 1898, 1899 et 1907) – H. HOFFMANN, Urkundenregesten zur Geschichte des Cistercienserinnenklosters Himmelsporten 1231–1400, (Quellen u. Forsch. z. Gesch. d. Hochstifts W. XIV 1962) p. 493 – J. JUNG, Zell und seine Klöster. Ein geschichtl. Rückblick (Frankenwarte, Beilage z. Würzb. Generalanzeiger 21. 9. u. 8. 10. 1925) – J. KELLER, Balthasar Neumann, Würzburg 1896, S. 97/99 – B. KESTLER, Die vormalige Abtei O. (AHVUA XIV 1856, 37/128 et SA) – K. LÖFFLER, Die Klosterbibliotheken, Bonn 1922 – N. SCHUCK, Kloster O., Würzburg 1944 – H. TÜCHLE, Eine Handschrift aus dem Präm. Kl. Oberzell mit unbekanntem Versen zu Ehren der hl. Katharina (Würzb. Diözesangesichtsblätter 1969, 202/06) – P. WITTMANN, Monumenta Castellana, München 1890; 12, 16, 20, 34, 293 – K. WUCHERER, Hofpartie der ehemal. Abtei O. (Altfr. Chronik VI 1906, 19/20; ibid. Kirchenportal VII 1907, 5/7) – Das ehemal. Kloster O. b. Würzburg (Die Denkmalpflege III 1901, 81/82) – Das Norbertusheim in O. (Frankenkalender 1909, 49/53 et 1929, 47/49).

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

In Collectione Manuscriptorum Bibl. Universitatis Herbipolensis adsunt 8 manuscripta opera canonicorum Cellensium Dumor, Herlet et Zahn.

## Abbates (Kestler)

### 1. Praepositi

Johannes 1128/33  
Bruno

Arnold  
Konrad 1143

### 2. Abbates

Berthold v. Keere 1150  
Rabenold 1170–82  
Konrad  
Heinrich  
Hermann 1208  
Heinrich –1222  
Wolfram v. Grumbach  
Billung 1246  
Konrad  
Albert v. Reichenberg 1302  
Engelbert 1305/13, 1322<sup>1</sup>  
Theodor 1323/42  
Tilmann 1350/55  
Theoderich 1355/67  
Rudger –1374  
Heinrich v. Wollmershausen  
1382/84<sup>1</sup>  
Ludwig v. Stetten 1387  
Georg v. Reinstein –1399  
Siegfried 1399–1418<sup>2</sup>  
Johann v. Rödelsee –1427  
Jakob 1437

Johann Eckart –1448  
Jakob Heschen 1448–62  
Georg Kümmel 1462–86  
Christoph Steffer 1486–1507  
Georg Schumann 1507–10  
Johann Streuber 1510–19  
Kaspar Gotthard 1519–26  
Leonhard Walz 1526–29  
Georg Hoffmann 1529–40  
Thomas Neidlein 1540–56  
Georg Batzer 1556–63  
Sebastian Stumpf 1563–71  
Johann Herberich 1571–1607  
Nikolaus Reinstein 1607–14  
Leonhard Frank 1614–48  
Gottfried Bischof 1648–88  
Lorenz Hetzer 1688–92  
Gottfried Hammerich 1692–1710  
Siegmund Hauck 1710–38  
Georg Fasel 1738–47  
Oswald Loschert 1747–85  
Christoph Kroh 1785–1803, † 1812

